Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



207

et V ps.

si & si monti hunc dixitis tolle te.
& iacta te in mare. fiet. Et omnia quæcq;
petieritis in oratione credentes. acci
pietis. Et cum venisset in templum.
accesserunt ad eum docentem. princi
pes sacerdotum & seniores populi dicen
tes. In qua potestate hæc facis. Et quis
tibi dedit hanc potestatem. Respondens
iesus dixit eis. Interrogo & ego vos
unum sermonem. Quem si dixeritis mihi. &
ego dicam vobis in qua potestate hæc
facio. Baptismus iohis unde erat.
de celo an ex hominibus. At illi cogita
bant intra se dicentes. Si dixerimus
celo. dicet nobis. Quare ergo non credidis
tis illi. Si autem dixerimus ex hominib:
timemus turbam. Omnes enim habe
bant iohem sicut prophetam. Et respon
dentes iesu dixerunt. Nescimus. Aut
illis. & ipse. Nec ego dico vobis in qua
potestate hæc facio. Quid autem vobis
videtur. Homo quidam habebat duos
filios. Et accedens ad primum dixit
fili vade hodie & operare in vinea
mea. Ille autem respondens ait. Nolo.
Postea pœnitentia ductus abiit. Accedens
autem ad alterum. dixit similiter. At ille re
spondens ait. Eo domine. Et non iuit.
Qis ex duobus fecit voluntatem patris.
Dicunt ei. Primus. Dicit illis iesus.
Amen dico vobis. quia publi
cani & meretrices præcedent vos
in regno dei. Venit enim iohes ad vos
in via iustitiæ. & non credidistis ei.
Publicani vero & meretrices crediderunt ei.
Vos autem videntes. nec pœnitentiam habuis
tis postea. ut crederetis ei. Aliam para
bolam audite. Homo erat pater fa
milias. qui plantavit vineam. & se
pem circumdedit ei. & fodit in ea torcul
lar. & ædificavit turrim. & locavit eam
agricolis. & peregre profectus est. Cum au
tem tempus fructuum appropinquasset. misit ser
vos suos ad agricolas ut accipe
rent fructus eius. Et agricolæ apprehensis ser
vis eius. alium cecederunt. alium vero
lapidaverunt. Iterum misit alios servos
plures prioribus. & fecerunt illis sicut
Novissime autem misit ad eos filium
suum dicens. Verebuntur filium meum.
Agricolæ autem videntes filium eius.
dixerunt intra se. Hic est heres. venite
occidamus eum. & habebimus hereditatem
eius. Et apprehensum eum. eiecerunt
extra vineam. & occiderunt. Cum ergo
venerit dominus vineæ. quid faciet
agricolis illis. Aiunt illi. Malos
male perdet. & vineam suam locabit a
liis agricolis. qui reddant ei fruc
tum temporibus suis. Dicit eis iesus.
Nunquam legistis in scripturis. lapidem
quem reprobaverunt ædificantes. hic factus
est in caput anguli. a domino factum est
istud. & est mirabile in oculis nostris.
Ideo dico vobis. quia auferetur a vobis
regnum dei. & dabitur genti facienti fru
ctus eius. Et qui ceciderit super lapidem
istum. confringetur. super quem autem ceciderit
conteret eum. Et cum audissent principes
sacerdotum & pharisei parabolas eius.
cognoverunt quod de ipsis dicebat. Et quæren
tes eum tenere timuerunt turbas. quia
sicut prophetam eum habebant. xxv.

Et respondens Capitulum.
iesus iterum in parabolis
eis dicens. Simile factum
est regnum celorum homini regi. qui
fecit nuptias filio suo. Et misit
servos suos vocare invitatos ad nup
tias. & nolebant venire. Iterum mi
sit alios servos dicens. Dicite invi
tatis. ecce prandium meum paravi